



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Tractatvs De Iurisdictione Episcoporum Germaniae**

**Wintzler, Christoph**

**Coloniae, 1614**

33. De Iuribus ordinariis Episcopi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10387**

Symp. tit. 3. de pac. relig. vot. 15. Iust. Sprenge. in tra-  
de pac. relig. cap. 6. & cōclusum in causa quatuor  
ciuum Treuirensium, quibus ab Archiepisco-  
po mandatum fuit, vt sub vna specie commu-  
nicarent, Adrian. Gylman. in quest. contro. siue decis.  
Camer. Verb. Religionsfried / & si subditi nolint  
voluntati & religioni domini se accommodare,  
habent beneficium, etsi fleibile, cessionis siue mi-  
grandi, iuxta §. Wo aber vnserer rc. Religionfried/  
de anno 55. quod respectu eorum non est vo-  
luntatis ut autumat, Pet. Frider. lib. 1. cap. 30. num.  
2. & posteum, Tho. Michaēl. de Iurisd. conclus. 49.  
sed necessitatis, vti judicatum anno 66. 20. Mar-  
tij, & in causa inter Petrum Pergentz. & Episcopum  
Leodiensem, Item anno 90. 6. April. in eisd. decis.  
Verb. mandata de migrando & ad tollendum  
hoc dubium pacto religionis inserta sunt, Verb.  
Stende des Reichs/ quibus permisum est, reli-  
gionem mutare, non subditis, vide acta, &  
hinc inde anno 55. producta.

8.

## TITVLVS XXXIII.

## De Iuribus ordinariis Episcopi.

1. **E**piscopo ex jure communii deberunt quar-  
ta decimarum, oblationum, legatorum Eccle-  
sia & mortuiorum.
2. Dicitur portio canonica, que quandoq; aucta fuit  
pro necessitate.
3. Debetur etiam procuratio ratione Visitationis, I-  
tem Synodaticum siue Cathedricum.
4. In Archiepiscopatu Colonensi quid pro mortuario  
solvatur.
5. Quomodo & de quibus bonis clericus testari possit.

6. si

6. Si intestatus decebat, quis succedat.

1. **E**x jure communi debetur Episcopo quarta decimaru, c. conquerente. x. de offic. ordinari. c. de quarta. x. de prescript. quarta oblationum, c. concessio. c. quatuor. 12. q. 2. d. c. de quarta. quarta legatorum ecclesiae & mortuariorum siue relictorum occasione funerum, d. c. conquerente, iacob. Sbroz de offic. Vicar. lib. 2. quest. 48. Co-  
2. uar. in c. officii. nu. 1. x. de testam. & dicitur portio canonica, c. requisiisti. Vers. secus. c. fin. x. eod. aliquando fuit medietas, c. relatum. x. de sepult. c. de his. c. antiquos. 10 q. 1. aliquando tercia, c. 1. x. de sepult. juxta Episcoporum necessitatem. gl. in d. c. de his. & diuersas locorum consuetudines, d. c. requisiisti. c. certificari. x. de sepult. debetur & ratione visitatio-  
3. nis procuratio siue sumptus, d. c. conquerente. sup. tit. 11. Item pro honore ecclesiae synodaticum siue cathedralicuum, quod est duorum solidorum, d. c. conquerente. a qualibet ecclesia, ut ibi gl. Panor.  
4. & alij per c. placuit. 10. q. 3. sed hæc & similia iura in quibusdam Germaniae locis fere cessant, & alia subordinata reperiuntur, in Archiepiscopatu Coloniensi ex more & speciali conuentione cum clero inita pro mortuario soluitur minor portio, Satut. de anno 1536. part. 13. cap. 12. fol. 404. quanta pro approbatione testamenti clerici intra triginta dies a morte facienda, ut ibi cap. 10. re-  
5. peries apud examinatorem, Quomodo autem & de quibus bonis clericus testetur, vide in c. quia nos. & c. relatum. 2. x. de testam. si concubinæ quid relinquat, succedit Fiscus. Marta. de Iurisd. par. 4. cent. 2. cas. 114. nu. 9. & seq. si intestatus moriatur,  
6. quis

quis succedit, in c. i. x. de success. ab intest. juxta Statuta Coloniens. eius bona, præter patrimonialia, quæ hæredibus cedunt, deducto ære alieno & funeralibus in piam causam pro defuncti animæ salute conuertentur, *Ibid. cap. II.*

## TITVLVS XXXIII.

## De charitatiuo subsidio.

1. **E**piscopus Iuribus ordinariis contentus præter moderatum auxilium nihil exiget.
2. Quod charitatuum subfidiū dicitur, & quid sit.
3. Idq; cleruſ non ſoluit niſi ex rationabili cauſa, & quenam illæ.
4. In quibus charitate deſinente, poteſtas incipiet, quam Episcopus adhibere poteſt.
5. Sine Pontificis authoritate.

**E**piscopuſ ordinariis Iuribus contentuſ, amplius nihil ab Ecclesiis exiget, præter moderatum auxilium juxta formam concilii Lateranensis cum charitate postulandū, c. conquerente. x. de offic. ordinari. c. cum apostolus. §. prohibemus, x. de censib. & ideo dicitur subfidiū charitatuum, ut ibi Dd. & eſt quod cleruſ Episcopo ſubdituſ & ad diocesin pertinens, Statut. prouum. Celo. fol. 518. ſoluit, non laicuſ qui proprie ſubdituſ non eſt, nec ad hoc ſubfidiū tenetur, Remig. Go. in tract. de charit. ſubfid. queſt. 45. nec cleruſ aliter ſoluit quam ex manifeſta & rationabili cauſa, d. c. conquerente. & d. §. prohibemus. ut ſi Episcopatus ſit multum ære alieno grauatus, adeoque tenuis, ut ad Episcopalem ſtatuum honeste